

CHRISTO BENEDICENTE
&

Indultu atque Authōritate,

Magnifici Jctorum Ordinīs,

DISPUTATIONEM JURIDICAM

De

**QVVERELA
NON-NUMERATÆ
PECUNIÆ**

contra

APOCHAM

movenda,

SUB PRÆSIDIO

FRIDERICI PHILIPPI, Lipf.

J. U. D.

Patroni & Præceptoris sui, omni honoris
cultu æternūm devenerandi,

Ad d. X. Aprilis Anno M. DC. LXXXIV.

In Inclÿta ac Florentissima hac Philuræa,

H. L. Q. C.

P. P.

CHRISTIANUS BÜTNERUS, Hirschb. Sil.

AUTOR.

LIPSIÆ, Literis JUSTINI BRANDI.

29

1684/19^a

19

Viro admodum Reverendo, Amplissimo, atq; Præclarissimo,
DN. M. CHRISTOPHORO SEYFARTO,
Diacono Ecclesiæ Görlicensis longè meritissimo, Patrono ac Pro-
motori suo æstumatissimo & maximè suspiciendo.

Ut &

VIRO Nobilissimo ac Spectatissimo,
DN. JOH. FRIDERICO SCHITTLERO,
Civi apud Görlicenses præcipuo, Mæcenati & Fautori honoratissimo,
suot; quondam per quinquennium Hospiti & Benefactori satis benigno,

Nec non

VIRO Per-Reverendo, Clarissimoque
DN. JEREMIAE Scholz/
Pastori Ecclesiæ in Marckersdonff vigilantissimo, Affini, Fautori
& Amico singulariter colendo,

Et deniq;

VIRO Humanissimo
DN. HEINRICO WILHEL. CADNERO,
Organistæ in Probsthahn dignissimo, itidem Affini, &
Amico suo honoratissimo,

Specimen hocce Academicum ob varia in se collata beneficia
in grati animi & observantiæ τεκμηρίον cum voto
omnigenæ salutis ac perennaturæ felicitatis

Officiosissimè offert atq; inscribit

AUTOR RESP.



DISSERTATIONIS LEGALIS

De

Querela non-num. pecuniæ contra
apocham movenda

P R Æ F A M E N.

Magnam ad res in vitâ communi benè ge-
rendas momentum habet celeritas : quæ
ficuti in aliis negotiis, ita quoq; in Actio-
nibus instituendis maximè est commen-
danda, ut litium aliquis sit finis *L. 5. ff. pro suo,*
& odiosa hominum socordia res suas non studiose cu-
rantium compescatur, *arg. c. 8. X. de R. I. in 6to. L. 203. ff. eod. L. 1.*
§. 2. ff. de procurat. Quò & inclinare videtur Sacratissimus
Legislator, cum actionibus tam in rem, quam in per-
sonam certos fines, quibus istæ se contineant, consti-
tuerit, *pr. I. de perpet. & tempor. act.* Qui enim si observati
non fuerint, debitores aliàs efficacissimè obligati, à
Litis molestiâ ipsò jure liberantur, *arg. L. 3. C. de prescript.*
30. l. 40. ann. nec ullum remedium Eccolt. ad tit. ff. de divers. &
temp. prescript. §. 4. quo amplius se juvare queunt, super-
est Creditoribus ordinarium *Vasqv. Lib. 2. controvers. cap. 53.*
Caveant ergò Actores ne occasionem agendi, deserant,
sed

(4.)
sed secundum vulgatum illud axioma, jura vigilantibus
sunt scripta, probe observent. *L. 6. §. sciend. L. 24. ff. quæ in
fraud. creditor. L. 3. ff. de separat. L. 21. ff. de pecul. L. 2. C. de annal. exc.*
Ex harum itaque locupletissimò Actionum promptua-
riò, de Specimine aliquò publicò tenùshac cogitanti,
placuit tandem **QVERELA NON-NUMERA-
TÆ PECUNIÆ**, quam nunc, licet forsitan non-
satis doctè, pro viribus tamen, sum pertractaturus: Quæ
omnia ut cedant feliciter Omnipotentem omniumque
rerum Governatorem pro auxiliò ex altò præstando,
intimis ex cordis penetralibus adoro.

CAPUT I.

De

Introitus.

QVERELA NON-NUM. PECUNIÆ IN GENERE.

THESIS I.

De Querelâ non-numeratæ pecuniæ nunc acturus, prolixos
de vocum enodatione facere commentarios, supervacane-
um esse credidi: cognoscitur enim illa partim ex naturâ verbo-
rum, partim ex ipsò, in quò versamur themate. Qui verò
laxiorem *ὀνομασολογίαν* desiderat, consulat modò pro nobis Le-
xicographos, & quæ sibi conducunt colligat. Nostrarum enim
inpræsenti erit partium, magis rem, quam verba cogno-
scere, ex monitò *Jcti in L. 17. ff. de LL.* Antequam tamen ipsam
aggrediar materiam, operæ pretium me facturum existimavi,
pauca de diversitate specierum præmittere.

De querela de-
bitori compe-
tente & per
modum exce-
ptionis propo-
sita.

TH. II.

Qui spe futuræ numerationis certam pecuniæ summam se

(5.)

se accepisse, quam tamen revera non accepit, confessus est, eum nostrò gaudere remedio, quò se tueri possit, non dubitamus, *J. un. I. de liter. Obl.* Sed cum querela *alia* se fundet in personam Debitoris, *alia* in personam Creditoris, multifariam adesse querelam animadvertimus. DEBITOR itaque *vel* per modum exceptionis *vel* per modum actionis eam proponere potest. Nam si ille ex instrumentò confessionis etiam guaranteegiato *Carpz. Lib. 2. Resp. 89. Lanterb. tr. de Mutuo & Quer. N. N. P. §. 3. n. 14. p. 35. Dissent. Finckelth. Obs. 119.* à creditore putativò conveniatur, æquitatis ratio postulat, ut ipsi intra certum tempus defensionibus suis succurratur, quod olim quinquennale erat *d. J. un. I. de lit. Obl.* hodiè verò intra biennii metas determinatur, *L. 14. §. 1. C. de Non Num. Pec.* ne fortè diutiùs quispiam suis defraudetur pecuniis *d. J. un. & §. 2. I. de Except.* quò tempore, si opposita fuerit exceptio, onus probandi contra naturam exceptionum *arg. l. 1. ff. de Except. L. 19. pr. ff. de probat.* in ipsum conjicitur actorem, ut probet numerationem esse factam *L. 8. C. de N. N. P. & ob id jure meritoque exceptio quædam privilegiata vocatur. B. Phil. Lib. 3. Eccl. 68. n. 1. p. 706.* Sed si spatium biennii præterlabi debitor passus fuerit, numne adhuc locus eidem detur? acriter inter Jctos disceptatur: Negativam cum *Fi unzk. Exer. 10. qv. 10.* fortiter defendit *Vinnius ad tit. I. de lit. Obl. n. 6. & sqq.* hæc potissimum ratione munitus, quod ultra biennium eadem non extendatur ex *L. 8. L. 14. C. de N. N. P.* Verùm hæc tanti non est, ut affirmativæ sententiæ, æquitati rectæque rationi convenienti non subscribamus cum *Perezio ad tit. C. de N. N. P. n. 15. & 16. Phil. d. l. Bronch. Cent. 2. assert. 22. Brunn. ad l. 12. §. 3. & L. 13. C. de N. N. P.* Quid enim magis æquum ac juri consentaneum est, quam si exceptionem talem, ad cæterarum instar perpetuam esse contendamus, *arg. L. 5. §. fin. ff. de doli mali & met. exc.* ita tñ. ut fundamentum intentionis, numerationem scilicet non esse, factam, conscientiæ non committatur, sed ordinariè vel testibus idoneis, vel instrumentis aut indiciis satis probabilibus probetur, *L. 14. §. 3. C. de N. N. P.* ut hoc si in continenti expediri possit, etiam executionis actum impediatur, *Decis. El. 2. Res.*

A 3

Grav.

(6.)

Grav. Prov. de Ao. 1661. tit. von Justitien Sachen §. 2. fin minus, non planè quidem ei denegatur actio, sed excipiens in reconventionem ad ordinariam causæ deductionem, ablegatur, B. Philip. d. Eccl. 68. n. 6. 7. quemadmodum responderunt Scabini Lipsi. Mense Jun. Ao. 1626. in causa Augustin Stephani Klemens und Consorten / contra Hansen Wilcken: Daß B. Kl. seinen Brieff und Siegel nachzukommen / und Kl. zu bezahlen schuldig / und sich darwieder mit der vorgeschützten exception non num. pecuniz gestalten Sachen nach / weil allbereit zwey Jahr verflossen / und Er dieselbe in continenti zu verificiren nicht vermag / nicht zu behelffen / es wird ihm aber solche seine Nothdurfft nach geleisteter Zahlung in der Reconvention gebührliehen zu suchen billig vorbehalten. B. H. W.

TH. III.

Querela debitoris per modum actionis instituta.

Verum, cum nullus excipiendi facultatem obtineat prius, nisi ab adversariò judicialiter pulsetur, ita, ne privilegium intra statum biennium quis amittat, hanc exceptionem per modum actionis in iudicium introducere potest. L. 8. L. 14. pr. C. de N. N. P. quâ queritur pecuniam sibi non esse solutam, & ob id vel instrumentum restitui, aut numerationem exsolvi petit, dd. LL. Lauterbach. ad tit. ff. de reb. cred. rubr. de Quer. non num. pec. §. 3. p. 23. & in Compend. d. t. Quo ipso non actori, secundum communes regulas incumbit probatio, §. 4. I. de legat. §. 4. I. de interd. sed ipse Reus obligatus manet solutionem in exceptione suâ proposita docere, L. 7. L. 8. L. 14. pr. C. de N. N. P. & hoc non immeritò, quia actor se fundat in negativâ, reus contra affirmativam tuetur: Nunc autem neganti per rerum naturam nulla est probatio, L. 25. ff. de probat. Brun. ad L. 10. C. de N. N. P. n. 3. ubi in n. 4. quasdam subnectit limitationes p. 437. modò biennii tempora non præterlabi passus fuerit, alias enim præsumptio Juris contra eum militat, quæ actori probationem imponit, L. 14. pr. C. d. t. Hinc si debitor in vitâ suâ non questus fuerit, neque ejus heres post lapsum biennii onus probandi in Reum transmittere, nec ullo amplius defendi potest privilegio, L. 177. pr. ff. de R. I. L. 19. pr. ff. de iudicis. Brun. ad L. 8. C. de N. N. P. n. 4. p. 437. Th.

(7.)

THES. IV.

Hæc fuerunt de Remediis Debitoribus concessis : nunc transitum facimus ad querelam non numeratæ pecuniæ **CRE- DITORIBUS** ob apocham spe numerationis jamjam traditam, competentem, de quâ potissimum in sequentibus facimus tra- stationem, cujus Definitio sequens nobis est nata: **Querela** non numeratæ pecuniæ, est juris aliquod remedium, quô creditor debitum, quod in apocha à debitore acce- pisse confessus est, intra tempora constituta se non acce- pisse legitimè queritur, ut ita obligatio conservetur,

Querela Cre- ditori contra Debitorem. competens.

Definitio.

L. 14. §. 2. C. de N. N. P. ubi Brunn. Magnif. D. Schuendend. in tr. de Action. membr. 61. ejusd sect. 1. B. Lauterb. in tract. synopt. de Mutuo & Querela N. N. P. §. 3. n. 1. p. 22.

TH. V.

Dividitur in Ordinariam & Extraordinariam. **Divisio.**

Illa ordinariô juris remediô in judiciô vel per modum actionis, arg. *L. 3. C. de N. N. P.* vel per modum replicationis, *L. 14. §. 2. C. d. r.* proponitur, *Lauterb. d. l. §. 2.* Hæc verò absque judiciali strepitu vel denunciationis vel protestationis remediô contin- git, ut in tempore adversario obicem ponamus, *L. 14 §. fin. C. d. r.* ubi *Brunn. Nov. 100. c. 1. Lauterb. eod.*

CAPUT II.

De CAUSIS.

TH. VI.

Hactenus in Transitu quasi pensitavimus Definitionem & Divisionem: nunc ad Causas progredimur. **Causa** seu impellens est traditio apochæ & non secuta de- bitoris solutio, quæ movet creditorem hocce remediô uti, *L. 14. §. 2. C. de N. N. P. Du. Schilter. in praxi Analyt. p. 3. c. 4. §. 5. num. 9. А П О Ч А.* pag. 227.

TH.

De Aponcha itaque occasionaliter dicenda quædam ve-
 niunt. Aponcha, quæ aliàs græcè ἀποδείξις, ab ἀποδείκνυμι
 demonstro, latine utut sequioris ævi vocabulo quietat-
 io sive quietantia, vulgò Quittung nominata, *Wehner. in observ.*
pract. verb. Quittung / est pecuniæ debitæ & solutæ per
 scripturam à creditore legitimè facta confessio, *arg. L. 14.*
C. de solut. L. 89. pr. ff. eod. Gilken. ad L. 18. C. de fide instrum. Quæ
 & Divisio. Subdivisio. Illa est vel simpliciter talis, vel forensis sive judicialis.
 De simpliciter Publica. Simpliciter publica est confessio debiti publici, (puta tribu-
 torum, collectarum) ab officialibus vel exactoribus facta, uti
 sunt aponchæ publicarum functionum, *L. 14. §. 1. C. d. t. L. fin.*
 De Forensi. *C. de aponch. publ. L. 2. C. de discussor.* Judicialis sive Forensis
 est, quæ suum robur in forò & à iudicis confirmatione ad instan-
 tiam partium accipit, *Magnif. Dn. Ziegler in Diss. de aponcha thes. 10.*
 & ita duplex recurrit: Alia enim contingit, quando creditor
 cum debitore suo iudicium adit, solutionemque ibidem accipit,
 ac obligatum liberat, rogatque, ut quietatio conficiatur, & de-
 bitori extradatur, *Magnif. D. Ziegler d. l.* Alia perficitur, quan-
 do solutio realis non exhibetur, sed creditor saltem in iudiciò
 Quasi publica. solutionem sibi esse factam confitetur, *d. l.* Quasi publica
 sequitur, quæ à Notariò publico à partibus ad id rogatò, inter-
 cedente instrumentò aliquo publicò conficitur, aut saltem tri-
 um pluriumve habilium testium subscriptione corroboratur,
Dn. Ziegler d. l. th. 9. aut ad minimum in actis publicis est facta,
 aut saltem ibi reperitur, *arg. L. 4. §. 1. & 5. C. de recept. arbitr. Ber-
 lich. V. 1. concl. 36. n. 25. p. 214.* De quibus aponchis publicis quæ-
 stio. stio oritur, num contra illas moveri queat querela nostra N. N.
 Distinguitur. P? Et distinctionis fœdere res decidenda venit: an nimirum
 adsit aponcha simpliciter publica, an non: Priori casu singulare
 est, quod non possit opponi, quia non præsumitur officialis prius
 liberasse

(9.)

liberasse debitorem, quam accepit tributum, & si fecerit, sibi imputet *L. fin. C. de apoch. publ. ubi Perez. n. 10. Christinus Decis. 20. n. 7. & 8.* Posteriori casu subdistinguitur, an in conspectu Subdistingtio. Judicis vel Notarii solutio sit creditori facta, an minus: Priori casu cessat nostrum remedium, *Molina de Just. & Jur. Diff. 302. n. 5. Brunn. ad L. 3. C. de N. N. P. n. 9.* cum ea, quæ coram Magistratu fiunt omnem præsumptionem fraudis excludunt, *cap. 6. X. de renunciat. L. 12. C. de pactis. Nov. 136. c. 5. Perez. in prælect. ad Cod. de N. N. P. n. 17.* cui accedit, quod non præsumatur solutionem simultaneam esse factam, quia instrumenta judicialia & publica plenam pro se regulariter habent fidem, *Faber in Cod. Lib. 6. cap. 5. Cöppen Decis. 64. n. 1.* Secus est in Posteriori casu, quando solutio oculariter non fuerit exhibita, sed saltem creditor in judicio aut coram Notario confitetur solutionem se accepisse, rogatque ut judex apocham judicialem exhibeat, *Brunn. ad L. 14. C. de N. N. P. n. 5. & 7.* contingere enim possit, ut debitor solutionem promittat, si creditor prædicto modo eundem liberet, quam tamen postea non præstet, absurdissimum itaque foret, nullum creditori amplius concedi remedium, quò se tueri queat: fraudibus siquidem hominum non est indulgendum juxta *L. 38. §. 1. ff. de R. V. arg. L. 14. ff. de condict. indebiti. Schneidew. in Comm. ad Instit. tit. de Litt. Obl. n. 13. Dn. Reusner. de apocha th. 25. in fin.* Rationem differentiarum, qui expectat, in promptu habet talem, quia priori casu confestim probari potest solutio actualis, secus quam posteriori casu: & insuper distingui solet, an quietatio exhibeatur per modum contentiosæ, an voluntariæ Jurisdictionis, *Brunnem. d. l. n. 5. & 7. Lauterb. in tr. de Mutuo & Quer. N. N. P. §. 3. n. 19. p. 39. Mantica de ambig. convent. Lib. 18. tit. 6. n. 56.*

TH. VIII.

Apocha privata est scriptura, quâ Creditor sibi à debi- Apocha Privat.
tore satisfactum esse fatetur, *Beust. ad L. 31. ff. de jurejur. n. 982. C. I. A. d. fide instrum. th. 3. n. 4.* necesse tamen haud est, ut ista sit *du Jochesp* tota scilicet manu creditoris scripta, nam sufficit, quod
B manu

(10.)

manu ejus saltem subscribatur, per alium verò exaretur, arg. *L. 29. C. de testam. L. 11. C. qui pot. in pign.* cum certum sit, quod nuda subscriptio consensum inducat plenissimum, *Hopping. de jure singulari cap. 15. n. 143. seqq. Nicolaus de Passeribus de Scriptura privata Lib. 2. quest. 8. cap. de Aponcha Credit. n. 5. p. 159.* insuperq; præsumptio militet contra scribentem vel sigillantem se tenore in legisse, & approbasse integrum, arg. *L. 2. §. 8. ff. de test. quem. aper. B. Phil. lib. 3. Eccl. 56.* Aliud est quando tertius in scribendo officium totum præstitit, fortè quod Creditor imperitus sit literarum, ibi enim præter Scribentem numerus quinque aut trium fide dignorum testium adhibeatur, qui ob majorem fidem se subscribant, *Nov. 73. c. 8. auth. novo jure C. si cert. petat.* Parum tamen inter est, an querela contra apocham instituat univèrsaliter an particulariter, arg. *L. 2. C. de N. N. P. ubi Siccard. D. Lauterb. in tr. de Mutuo th. 16. p. 36.* Et hæ prædictæ Apochæ, sive sunt publicæ sive privatae, subdividi possunt in Generales & Speciales, *Richter V. 1. P. 6. Conf. 38. n. 20. p. 312.* Specialis ad unum alterumve præcedentem causam trahitur, *d. l. Generalis verò ad omnia præcedentia extenditur, Richter d. l. P. 1. Conf. 31.* non tamen ad ea de quibus partes prius non cogitarunt, *d. l. Conf. 38. n. 20.* cum aliàs apochæ ultra Litteram & mentem scribentium non extendantur, *Richter V. 2. Conf. 57. n. 31.*

TH. IX.

Requista
Apoc. publicæ

Apocha autem ut vigorem habeat, publica à privata maxime est secernenda. In PUBLICIS requiritur, ut (1.) nomen Scribentis, arg. *c. 11. X. de probat.* (2.) Dies, mensis & annus con- signationis, *Nicol. de passerib. de Scriptura privat. qu. 3. n. 8. Gilken. ad rubr. de fid. instrum. n. 4.* (3.) causa ob quam data est apocha, arg. *L. 2. ff. de except. dol. mal. L. 25. §. fin. ff. de probat.* (4.) summa certa pecuniæ exprimat. *Nov. 17. c. 8. in pr. Nov. 128. c. 3.* quib⁹ in quasi publicis à Notariis confectis, accedat denique signetum Notarii magnum das Notariat Signet | *Rec. Imp. de anno 1512. tit. von Notarien. Dec. Elect. 20. ubi Phil.* Qua ratione, si administra- tor specialem exhibuerit Apocham nec quid & quantum quo ve nomine & titulo accepit descripserit, arbitrarie puniri solet *l. 5. C. de*

(II.)

C. de Suscept. præpos. & arc. Const. Aug. 41. §. Würde denn/in fin. P. 4. Berlich. p. 5. Concl. 57. n. 63. p. 114. Verum hæc hæctenus relatæ solennitates in privatis quietationibus non exiguntur, sed sufficit, si ^{Requisita} ^{Apochæ priv.} Apocha scribatur vel saltem subscribatur à creditore, *vid. th. præced.* & causam debendi, ob quam solutum fuit, insimul continet, *arg. L. 13. C. de N. N. P. d. l. 25. §. fin. ff. de probat.* alià enim liberatio non plenè, sed saltem semiplenè probat, *Sichard. ad L. 5. C. de probat. n. 6.* Necessè verò haud est, ut ibi exprimatur (1.) annus, mensis & dies, *Rebuff. de Chirographis & Schedulis recognosc. num. 94.* (2.) *Locus, L. 1. C. de Apoch. publ.* nisi quæstio ex loci distantia veniat, *Rebuff. d. l. num. 96.* (3.) Sigilli appposito, *arg. L. 34. §. 1. ff. de pignor.* quod æque Limitatur, quando creditor non subscripsit, sed saltem apocham subfigillavit, *arg. L. 26. §. 1. ff. de pignor. L. 126. §. 2. ff. de V. O. L. 2. C. de reb. alien. non alienand.*

TH. X.

Antequam hîc abeamus, hæc quæstio decidenda venit: ^{Quæstio de A-} ^{pocha in Chi-} ^{rographo ex-} ^{pressa.} num ea apocha, quæ sæpenumerò chirographis curæ certâ renunciatione, hisce ferè formalibus: *quittiret demnach über den Empfang der geliehenen 100. Rthl. mit Begebung der Ausflucht der nicht gezahlten Gelder / solet inferi,* etiam post mensis spatium patiatur puerelam nostram? Et affirmativam amplecti, svadet sequens ratio: quâ enim facilitate, debitor chirographum emittit, eadem quoque facilitate potuit quietationem sub spe numerationis inferere, *Perez. ad tit. C. de N. N. P. num. 19. seqq.* verum, ut omnis de hac quæstione removeatur scrupulus, ^{Distinctio.} distinctio venit adhibenda: *An quietatio sit facta in ipso instrumento obligationis, An separatim ex intervallò:* Priori casu intra biennium moveri poterit: Posteriori casu, tempora apochis aliàs constituta, observanda veniunt. *Perez. d. l. n. 29. seqq. Brunn. ad L. fin. C. de N. N. P. & in Exerc. Justin. 19. Lib. 3. tit. 22. p. 168.*

TH. XI.

De Causa impulsiva non erimus prolixiores, pergimus ^{Causa effici-} ^{ens.} itaque ad Causam Efficientem: quæ potest esse vel Remota, ^{Remota.} vel Propinqua. Remota, causæ proximæ quasi spiritum ^{addu-}

B 2



adducens, est juris dispositio, *L. 14. §. 2. C. de N. N. P. Magnif. Dn. Schuvvendend. in tr. de Aëtion. c. 3. m. 61. sect. 1. §. 2.* Omne enim jus circa nostrum thema versatur, quia se fundat in summa æquitate, ne fortè sub spe futuræ numerationis quis alterius locupletetur jactura, secundum *B. Lauterb. §. 2. C. de N. N. P. junge omninò §. 2. d. L. 14.* verba sunt sequentia: *Super ceteris vero securitatibus quæ super privatis debitis à creditore conscribuntur, partem debiti fortis vel usurarum nomine solutam esse significantes, l. adhuc foeneratitia cautione apud creditorem manente, soluti tamen debiti solutionem factam esse demonstrantes, vel etiam futuram esse redhibitionem instrumenti foeneratitii promittentes, vel si qua alterius cujuscunque contractus gratia, in quò numeratio pecuniarum, vel datio certarum specierum scripta est, securitas similiter data sit, depensas esse pecunias, vel alias res, vel partem earum significantes: intra triginta tantummodo dies post hujusmodi securitatis expositionem connumerandos, exceptionem non numeratæ pecuniæ posse objici: ut, si hi transacti fuerint, eadem securitas à judicantibus omnibus modis admittatur; nec ei liceat, qui securitatem exposuit, post excessum memoratorum triginta dierum non esse sibi solutas pecunias vel alias res dicere.*

TH. XII.

Propinqua est **Causa efficiens propinqua** sequitur, in quâ non con-
Jus obligatio- **veniunt Interpretes: nos querelam, de quâ disputatur, ita ex-**
nis. **plicamus, ut eam vel ut jus aliquod quæsitum, quod est in pa-**
& Actor. **trimoniò nostro, L. 49. ff. de V. S. & sic pro facultate agendi, vel**
quatenus est instituta actio: consideremus; Illo casu causa
efficiens est jus obligationis ex non facta solutione proveniens,
L. 14. §. 2. C. de N. N. P. Magnif. D. Schuvvendendorff. d. l. pag. 242.
Hoc casu est ipse actor hanc querelam in judicio movens, qui
se habet instar causæ physicæ, quia reali influxu ad effectum
concurrit, eumque immediatè producit: Quæ Causa efficiens
in Scholâ Actorum Subjectum activum communiter vocatur, quod
doctrinæ gratia receptum, & hætenus retentum est: Sed si ri-
gorem Metaphysices sequamur, subjecto activo vix contradi-
stingvitur, teste Velthemio antehac Præceptore atque studiorum
meorum promotore honoratissimo, in Instit. Metaph. p. 1. c. 30.
§. 8.

§. 8. n. 1. sub fine p. 1577. & ita omnes, qui spe futura numerationis aut restitutionis se accepisse quædam fatentur, movere queunt nostrum remedium, L. 14. pr. C. de N. N. P. modò non Naturâ qui non prohibetur Naturâ vel Lege prohibeantur. Naturâ remouentur, qui consensu destituuntur, uti sunt furiosi, arg. §. 8. I. de inutil. stipul. & §. 3. I. de Curator. mente capiti arg. §. 4. I. eod. nec non infantes septennio minores, arg. §. 9. I. de inutil. stipul. Lege verò vel ob defectum administrationis, vel ob aliam inhabilitatem ercluduntur: ad illos refero pupillos arg. d. §. 9. de inutil. stipul. Minores & prodigos qui standi facultatem in iudiciò non habeat §. 2. I. de procur. L. 2. C. qui leg. stand. pers. in jud. hab. ergò ii cum curatoribus stipati accedant d. l. ad hos verò excommunicatos & tales numero, cum quibus commercium non est, arg. L. 4. pr. C. de heret. & Manuch. L. 17. ff. de pœnis, nec non fœminas Saxonicas, quæ absque curatore nullum negotium tam iudiciale, quam extrajudiciale cum effectu celebrant. Ord. Proc. Sax. tit. 8. ubi Phil. cons. un. Quare destitutæ curatoris auxiliò Magistratus, iudicialiter agentibus curatorem litis ex officio adungere solet, ne iudicium ex post factò reddatur inane, d. r. 8. & Const. Aug. 14. part. 2. Decis. Elect. 7. ubi Phil. Quæ assertio limitatur, Limitatio de Muliere Saxon. quando periculum præscriptionis accedit, ubi sola, sicuti arrestum impetrare, ita quoque pro salvando jure ad minimum, protestationem & denunciationem instituere opportuno tempore valebit. Carpz. p. 2. C. 15. D. 12. quando enim periculum est in mora, quandoque à regulis Juris recedimus, vid. D. Petr. Müller. de periculo in mora.

THESES. XIII.

Sed magis in contentionis aleam vocatur, num mulier Saxonica sine Curatore ejusque auctoritate super debitò sibi soluto, efficacem apocham debitori suo tradere possit? & hoc à non paucis Jctis dubitatur, cum non solum in contrahendo, Landr. Lib. 1. art. 44. & 46. & Lib. 2. art. 63. sed etiam distrahendo curatoris approbatione indigeat; arg. L. 3. §. servum tuum ff. de reb. cred. Dichter. Vol. 2. cons. 252. n. 4. p. 819. Verùm affirmativa



(14.)

sententia dubiò absque est verior: quoniam curator ideò adhibendus venit, ne ex ièxùs imbecillitate damnum aliquod contrahendo incurrat, de quò potissimum textus Saxonici loquuntur, *Const. Aug. 15. in princ. part. 2. ibi in medio Was sie ohne Vorkmanden handeln werden/soll ihnen unschädlich seyn. Carpx. ad d. Const. def. 8. num. 5. & def. 10. n. 8.* nunc autem mulier recipiendo illud quod sibi debetur, non læditur, sed suam conditionem meliorem facit, *arg. L. 16. in fin. pr. ff. ad SCr. Vellej.* accedit, quod mulier absque curatore obligetur ex contractu mutui, cum in istò rarissimè lædatur, convertendo scilicet illud in suam utilitatem, *Carpx. d. l. defin. 14. n. 2.* quæ ratio militat æque in liberationis datione, *arg. L. 16. in pr. ff. ad SCr. Vellej.* ubi autem est ratio, ibi juris quoque dispositio allegetur, *L. 32. ff. ad L. Aquil.* Quando ergò fœmina Saxonica negare non potest, aut saltem convincitur, se accepisse à debitore debitum, sola ipsius apocha debitorem liberat, *pr. Inst. quib. mod. toll. obl.* ne dolosè agens contra Juris intentionem proximum decipiat, *arg. L. 14. C. de condict. indeb. Carpx. p. 2. C. 15. d. 13.* Deceptis enim non decipientibus succurritur fœminis *L. 2. §. & ita demum, L. 23. L. 30. ff. ad SCr. Vellej. L. 110. ff. de R. I.* Quemadmodum Scabini Lips. in Causa Martin Maltensens zu Zöbberitz Mense Martio Anno 1630. responderunt: Ob nun wohl ermeldte Wittbe die Zahlung noch einsten von euch fodert/mit vorgeben/das sie bey Abnehmung des Geldes keinen Curatorem gehabt/dieweil sie aber dennoch die Zahlung nicht in Abrede seyn kan/das Geld auch selbst zu sich genommen/die untüchtige Münze ausgehoffen/und das empfangene Geld wiederumb zu ihren Nutzen angewendet/und ausgegeben/dahero zu schliessen/das sie euch dolosè zu gefehren vermeynet/so hat sie sich auch mit ihren Einwenden nicht zu behelffen/sondern ihr werdet von ihren Zusprüchen billig entbunden. *N. N. B. Vide de hac questione omnium elegantissimè scribentem Dn. Joh. Jacob. Hartranfft. Jctum, Com. Pal. Cesar. & Advocat. Budissinens. famigeratiss. in Quest. suis practicis, qu. 5. p. m. 83. seqq. ubi objectiones diluit.*

Habiles sunt
personæ.

(14.)

Hæc de inhabilibus; Ab habilibus verò querela nostra movetur,

vetur, *vel* Immediate *vel* Mediate: Immediate agunt Creditores ipsi, quibus ex quacunque causa & obligatione aliquid debetur, *L. 10. 11. § 12. ff. de V. S. nec agendo exceptione perpetua removeri queunt. Eccolt. ad tit. ff. de O. & A. §. 18.* Mediate per procuratores & Mandatarios speciale mandatum ad agendum habentes, *arg. L. 12. C. de N. N. P.* Sed quid de tutoribus pupillorum dicendum: possuntne ipsi dando apocham debitorem pupilli plenarie liberare? Et hoc affirmatur, quando solutio adhuc extat, aut exinde factus fuit Locupletior pupillus. *Schulz. in syn. ad tit. Inst. quib. alien. lic. vel non litt. c. ubi Dn. Beier.* Verum si res sit male consumpta, aut alias casu deperdita securitas solutionem non sequitur, nisi facta fuerit iudicis autoritate *J. 2. I. quib. alien. lic. l. non. & accesserit insuper ejusdem decretum. Carpz. p. 2. C. 11. D. 45. § 46.* prout in *Causa Sebastian Otteus zu Leipzig* Mense Augusti Ao. 1635. responderunt Scab. Lips. Diweil aber dennoch solche Auszahlung auf vorhergehendes Gerichtl. decret von euch nicht geschehen / so seyd ihr / wenn gleich die Quittung und Verzicht Gerichtlich probiret würde / gegen die Unmündigen wegen der bezahlten Kauffgelder nicht gnungsam versichert. *B. N. W.*

CAPUT III.

De

OBJECTO.

TH. XV.

Relictis Causis, proxima linea ostendit Objectum, quod est Objectum, *vel Reale vel Personale* Personale in nostris haud paucis Personale. Compendiis Subjectum passivum dictum, est Debitor, à quo aliquid exigi potest, *L. 108. ff. de V. S. & L. 3. ff. de Oblig. & qui sub spe numerationis apocham à creditore accepit L. 8. C. de N. N. P. contra quem ejusque heredes & successores nostra querela nunc instituenda venit, d. l. s. B. Lauterb. in d. tr. §. 3. n. 5. pag. 24. ubi disceptatur, utrum hæc querela contra mercatores quoque Datur contra institui queat? Et affirmamus; ne fortean sub prætenu merca- Mercatores. tura,*

turæ, accipiendo apocham, alios decipiant, *Straccha de Mercator.*
tit. quomodo in causa mercatorum proced. §. de except. n. 9. & ita cre-
 dant ob favorem liberationis nullam contra se ipsos aliis compe-
 tere actionem, *arg. L. 14. §. 2. C. de N. N. P.* quod de apochis
 fortè expeditum est; Sed major difficultas oritur, in querelâ
 contra instrumentum obligationis instituenda: & eam contra
 mercatores institui posse existimat *Straccha d. tr. §. de except. n. 10.*
Trentl. Vol. 1. Disp. 20. thes. 2. litt. C. ubi Bacchov. in fine. Siquidem
 hocce remedium non nitatur juris subtilitate, sed ipsa æquitatis
 ratione, ne scilicet quis reddere teneatur, quod non accepit, &
 alter accipiat, quod non dedit, *Brunn. ad L. 5. n. 3. C. de N. N. P.*
Marquard. de Jure Mercat. cap. 8. n. 15. seqq. jung. Lauterb. d. tr. §. 3.
num. 5. Verum, ut eò melius mercatura sine omni obstaculo
 promoveatur, nec solutio ipsis in longum tempus differatur,
Carpz. p. 1. C. 32. D. 69. tam in excipiendo, quam agendo contra-
 ria sententia in foro nostro est recepta, *Carpz. d. l. d. 69. §. 70. Ber-*
lich. p. 2. Decis. 294. Tabor de altero tanto, part. 4. art. 5. quod & mo-
 res Gallix, *Mornat. §. Autumn. ad tit. C. de N. N. P.* Brabantix,
Decker. Lib. 1. differ. 6. 2. n. 4. Belgix, *Cronveg. de LLbus abrog. de*
N. N. P. Antwerpix & Hamburgi, nec non Genux observant,
Lauterb. in Disp. de Jure in Curia Mercat. usitato Vol. I. Disp. 16. th. 129.
p. 257. Et ita mense Martio Anno 1628. in causa Matthæi Tånge-
 ners zur Liegnitz Scabini Lips. pronunciarunt: Ob ihr nun wohl
 die Exceptionem N. N. P. vorzuschützen vermeinet / dieweil aber dens
 noch beydes ihr und euern Gläubiger Rauffleute seyd / und die Schuld
 von Handlung herrühret / n. m. i. e. f. so möget ihr auch mit solcher
 exception nicht gehöret / und zugelassen werden / sondern ihr seyd
 mehr erwehnten euern Gläubiger inhalts euers Brieffes und Sie-
 gels zu zahlen schuldig / und in mangelung gürtlicher entrichtung / wird
 mit der Hülffe wieder euch gebühlich billig verfahren / es ist euch aber
 nach geleisteter Zahlung euere Nothdurfft in der reconvention zusu-
 chen unbenommen. *B. R. W.* Similiter responderunt in causa
 Caspari & Danielis Gerhardi contra Hanßen Jacob Maulen /
 Mense Febr. Anno 1632. P. P. Daß Klägers suchen nach Gelegen-
 heit disfalls nicht statt hat / sondern sie seynd ihr Brieff und Siegel
 wieder

wieder an sich zu lösen/ und Bekl. oder dessen Cessionarium zu bezahlen / und nach geleisteter Zahlung ihre Nothdurfft in der reconvention gebührend zu suchen schuldig. B. N. W.

TH. XVI.

Reale Objectum est ipsa pecunia debita: quæ non ^{Reale.} solum pecuniam signatam & numeratam, vulgò: baar Geld. *Finckelrh. obs. 20. n. 10. & seqq.* & omnem rem fungibilem, quæ pondere, numero & mensura constat, *L. 30. ff. de Leg. 1.* Sed & reliquas res, quæ sunt in patrimonio nostrò, & quocunq; jure nobis debentur, *L. 4. L. 5. L. 178. L. 222. ff. de V. S. Gædd. add. L. 4. & 5. hoc loco denotat, L. 14. pr. §. 2. C. de N. N. P. ubi Brunn. n. 10. p. 440. L. 15. C. eod. Christineus Vol. 3. Dec. 37. n. 8. in fin. & seqq. Dn. D. Lauterb. in tr. de Mutuo §. 3. n. 6. p. 25.* Debitum itaque ex quocunque contractu & jure proveniens, five afficiat rem ipsam, five personam; intelligimus, *Castrensis ad d. L. 14. §. 2. n. 3.* Sunt tamen casus, in quibus creditor per confessionem vel securitatem traditam protinus sibi præjudicat, ita, ut ne quidem intra 30. dies querelam nostram movere possit, *Siccard. ad L. 14. §. 1. C. de N. N. P. in pr. ut sunt (1.) Securitas rerum depositarum, d. l. 14. §. 1. ubi gloss. nec interest five afficiat Deponentem, qui confitetur rem apud tertium depositam se recepisse, five Depositarium, qui se accepisse in depositum hoc vel illud confessus est, glossa ad d. L. 14. §. 1. litt. K. C. de N. N. P. & hoc propter generalitatem textus, Siccard. d. l. B. Lauterb. in d. tr. §. 3. n. 17. p. 37. nisi fortè fraus vel simulatio de uno contractu in alium esset commissa, puta; si dederim pecuniam mutuam, & extorqueo confessionem, quasi debitor habeat ex depositò, quo enim casu excipiendi & agendi facultatem neutiquam interdictam esse reor, quemadmodum quoq; in depositò irregulari, ubi non ob signata pecunia ad usum depositarii, qui pecuniâ postea realiter usus est, deponitur, quoque procedit, *L. 24. L. 26. §. 1. L. 27. seqq. ff. depositi, Siccard. d. l. dissentit Brunn. ad d. l. 14. §. 1. num. 9. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 18. tit. 6. n. 42. (2.) Debitum confessum dotale, si scilicet maritus post dotalia instrumenta**

strumenta se dotem ab uxore vel quôvis aliô accepisse confessus fuerit, *d. l. 14. §. 1.* ibi enim aliqua exceptio aut querela amplius non locum habet: nec turbat hanc assertionem *§. fin. in fin. d. l. 14. & avth. posita C. de dote cuncta & non num.* in quibus marito adhuc succurritur: verum Respondemus; aut maritus numerationem dotis, in ipsis dotalibus instrumentis, aut postea in apochâ aliqua separatim conscripta confitetur: illô, non hôc casu remediô querelæ N. N. P. maritus se tueri potest. *Brunn. ad d. l. 14. n. 9.* ubi in fine excipit sponsum, qui confessus est dotem se à sponsa accepisse: nec non casum, in quô maritus, se dotem non ab uxore, sed ab extraneo obtinuisse affirmavit. *Carpz. p. 1. C. 28. d. 79.* (3.) Ratiocinia argentariorum *per Nov. 136. cap. fin.* de qua tamen Nov. tradunt interpretes eam in veteribus exemplaribus non extitisse, & ob id de ejusdem autoritate dubitandum esse, *Lauterb. d. l. n. 18. p. 37.* (4.) Debitum fiscale, quando procurator sive administrator fisci, se ab aliquo collectas, & contributiones recepisse fatetur, *d. l. 14. §. 1. L. fin. C. de apoch. publ. Carpz. lib. 2. Resp. 90.* hoc enim casu Rustici, Subditi, & alii, qui eas accipiunt, statim liberantur, usque adeò, ut contra ipsos ne quidem querela locum habeat *dd. LL. L. 11. C. de susc. præpos. & arc. Berlich. p. 5. C. 57. n. 65. p. 114.* sed iisdem administratores publici confestim sibi præjudicant. An autem ejusmodi apochæ, administratore etiam conventô, non tamen solvendo existente, fisco vel alii domino noceant? nunc decidendum venit: ita quidem sentit *Salycet. ad d. L. 14. §. 1. C. de Non. Num. P. propter L. 46. §. 5. ff. de administrat. tutor.* ubi dicitur, quod actores per apocham à tutore factam, ipso jure sunt liberati à pupillo: sed huic contradicit *Paulus de Castro consil. 186. inc. in causa qua vertitur n. 1. & seqq. & consil. 338. incip. primo queritur n. 3. vers. ad quod non potest, Monnotz ab Escobar. de Ratiocin. administrat. cap. 33. n. 31. & seqq.* qui negativam fortiter defendunt propter *L. 12. cod. de transact.* ubi remittens liquidum, haud præjudicat civitati & universitati, & *L. 4. pr. ff. de decret. ab ord. faciend. & L. 2. C. de conveniend. fisci debit. lib. 10.* cujus verba non pigrabimur hic adscribere: *Fisco quidem contrate manet actio, quod argentum, quod inferre debe-*

debebas, rationibus fuerit relatum, si cautionem, que tibi super eò exposita est, tabularius non subnotavit, æquum tamen est, ut prius de bonis ejus, qui exactor fuit, si solvendo est, & conveniendi ejus facultas datur, indemnitati fisci satisfiat, tunc à te, si servari hic modus non possit, reposcatur. Sed relictis aliis conciliationibus, quas suppeditat Sicch. ad d. l. 14. §. 1. & 2. C. de N. N. P. n. 3. controversiam ita decidim⁹, ut distinguamus inter apocham administratoris solemem s. subscriptã & min⁹ solemem; Illo Casu statim debitor redditur securus, nec interest, an curator fisci solvendo sit, nec ne, d. L. 2. C. de conv. fisc. debit. hoc verò casu videndum, an solvens possit probare pecuniam esse in utilitatem fisci versam, an minus: Priori modò etiamnum liberatus manet debitor, arg. L. 27. ff. de R. C. ubi Brun. Christineus Vol. 5. decis. 9. n. 3. Posteriori modo porrò distinguitur, utrum solvendo sit administrator, an non sit: quando solvendo est, tunc præjudicatur Fisco, ut ille potius ab administratore, quàm debitore sua accipere cogatur, Trentacinq. lib. 3. tit. de Solut. Resol. 20. n. 26. Secus est quando curator ejus, haud solvendo reperitur, ibi enim debitor adhuc conveniri, & ad solutionem adigi potest d. l. 2. C. de conv. fisci debit. ubi Brun. p. 1164. habeat enim sibi, cur solutã pecuniã, solemem non exegerit, apocham, Berlich, P. 5. concl. 57. n. 67. Verùm nostram distinctionem adhuc turbare videtur, L. 2. §. fin. C. de quadr. prescript. in quã etiam haud solennis apocha, securitatem quoque tribuit emtoribus rerum fiscalium plenissimam: sed respondetur, quod singulare in venditione rerum fiscalium, ut ob securitatem eò citius emtores inveniantur, habeatur arg. §. f. J. de usucap. quæ ratio, cum in exactioribus tributorum, quæ ab invitis quoque exigì possunt, cesset t. t. C. de exact. tribut. meritò à disparibus argumentum ducere non licebit arg. L. 10. C. de donat. inter Vir. & Ux. L. 20. pr. ff. de Minor. XXV. ann. L. f. ff. de Calumn. L. 14. §. 1. de N. N. P. ubi Sicchard. n. 3. Ne tamen sub prætextu eò, rebus apertissimè quis defraudetur suis, etiam in quatuor hisce præmissis limitationibus remedium aliquod subsidiarium super esse credimus; cum aliàs quoque certum sit, quod si, vel per se, vel per alium

quis instrumentum, ex quò veritas argui poterat, extorserit: siquidem actio superest, replicationis auxiliò doli mali exceptio potest removeri, si verò jam perempta est, intra constitutum, tempus actionem de dolo potest adhuc exercere, per *L. 19. C. de transact.* luce meridiana clariorem: Si itaque exactor tributorum, aut alius prænominatus creditor, ad exarationem apochæ à debitore dolo est inductus, puta: quod ille promiserit solutionem tributorum &c. & creditor eum in finem illi apocham transmiserit: acceptis verò litteris neque solvit, neque quietantiam restituit: quò casu, quia deficiunt alia juris remedia, *L. 14. §. 1. C. de N. N. P. & arg. L. 1. §. 1. & 4. L. 2. L. 7. §. 2. ff. de dolo malo,* actionem de dolo subsidiarium, *L. f. C. de dolo malo,* Creditori adhuc intra mensis spatium superesse putamus per *arg. d. l. 19. C. de transact. vid. Dn. Andreas Mylius, h. t. Rector Acad. Magnif. in Diss. de Remediis Subsidiariis cap. 3. num. 9. cum & aliàs ex Scripturis & chirographis, querela N. N. P. locum habeat, teste Dn. Kurrero in Diss. de dolo causam dante cap. 5. th. 20. p. 13.*

THESES. XVII.

Quæstio de
Cambio.

Quibus subicere allubescit: num in debitis cambialibus Querela N. N. P. debitori competat? Et hinc Autores in diversas abeunt scholas: Negativam fortiter defendit *Carpzou. lib. 2. Resp. 92. Joh. Marquard. de Jure Mercat. lib. 3. c. 11. n. 48. Joh. Mart. Vogt. in tr. de Cambiis th. 7. litt. d. p. m. 223. seqq.* Affirmativam viceversa tuetur *Trentacinqv. lib. 3. tit. de Solut. Resolut. 20. n. 10. & seqq. Scaccia tr. de Commerciis §. 2. gloss. 8. n. 1. seqq.* Nos cum *D. Lauverb. d. tr. n. 7. seqq.* rem mediante distinctione, ita decidimus: Ut scilicet distingvamus, inter principia Juris Civilis, & inter curiam Mercatorum sive locorum observantiam: priori casu iterum subdistingvendum est, *utrum* solutionem esse factam in litteris cambialibus, exprimat, *an* verò non, sed saltem scribens & cambium dans ex aliò capite fuisset obligatus: Illo modo sive litteræ sint propriæ, sive à tertio quopiam acceptandæ, ex principiis theoreticis querela N. N. P. locum habet, *L. 14. pr. C. de N. N. P.* maxime si tertius contra acceptationem protestatus fuerit,

fuerit, & ita remittenti remiserit, *Raphael de Turry in tr. de cambiis disp. 2. qv. 16. in fin. vers. 4. conclusio.* quod æque in acceptatis obtinebit, quamvis enim per acceptationem ex constituto qf obligetur, & res desinat esse integra, *Vogt in tr. de camb. p. 152.* attamen cum nec fidejussio, nec jurata promissio, nec bonorum oppignoratio hanc querelam excludat, *L. 1. L. 12. L. fin. C. de N. N. P.* utique nec illud constitutum per acceptationem factum, eidem obstabit, ipse enim acceptans pro fidejussore quasi se gerit, & principalis debitoris conditio ob id non debet fieri deterior, *Richter. p. 1. dec. 21. n. 24.* ubi refert responsum Jctorum Jenens. accedit, quod cambium dans in litteris non tanquam creditor se debitum recepisse confessus est, sed tanquam debitor se pecuniam accepisse scripsit, & sese cambio obligavit, ea propter ipsi non tantum intra 30. dierum curriculum, sed potius biennium continuum remedium Querelæ competit, *L. 14. pr. C. de N. N. P.* Ad contraria aliàs objici solita more consuetò respondet *prælaud. D. Lauterb. d. 5. 3. n. 9. 10. p. 29. 30. 31.* Hoc modo cum non solum, qui cambium dedit, sed etiam tertium, qui acceptavit, de pecuniâ non numerata queri haud posse verissimum esse judicamus ex *L. 5. § 13. C. d. t. B. Lauterb. d. l. 5. n.* quare acceptans has literas & bona fide solvens postea trassantem actione mandati pulsare potest, qui deinde frustra exceptionem N. N. P. opponit juxta *L. 29. pr. ff. mandati, Raph. de Turry d. l. n. 76. seqq. B. Lauterb. d. l. n. 12. p. 34.* Verùm hæc omnia svadent juris Civilis principia: nam ob necessarium peregrinantium, & liberiores atque celeriores commerciorum usam, tam inter mercatores quam alios, in Cambiis querelam non num. pec. ex locorum observantiâ esse exclusam, multis ostendit *Vogt. in tr. de Camb. ch. 7. lit. e. p. 117. seqq. quod æque Ordin. Cambial. Lipsiensis de anno 1682. n. 13. p. 72. hisce formalibus: Gleichwie nun (13.) derjenige / so einen Wechselbrief acceptiret / dadurch sich zum Debitore oder selbst Schuldner constituiret / und dermass. n. frâssig verbunden wird / doher mit keiner darwieder eingewendeten Ausflucht, auch nicht mit der exception non num. pec. sich dargegen schützen kan / sondern auf die Verfallzeit bereite Zahlung / iedoch mit vorbehalt seiner Rechte zu thun schuldig.*

(22.)

confirmavit, *Brunn. ad L. 6. n. 1. C. de N. N. P.* quemadmodum
Icti Argentoratenses, Colonienses, Lipsienses, apud D. Vogt.
d. l. quoque pronuntiârunt: nec non Scabini Lipsi. Mense Mart.
Anno 1622. in causa Hansen von Wirthen/ & Hansen Schneidern
responderunt: Hat Hans von Wirth in einem Wechselbrieff de
dato Leipzig im Neuen Jahrs Marck 1622. an Hans Schneidern/
oder treuen Inhabern desselben die Summa von 4000. fl. zu 60.
crl. umb den Werth/wie er vergnüget / zubezahlen versprochen / und
zugesagt/ &c. so ist ermeldter Hans von Wirth solchem Wechselbrieff
nachzukommen/und die 4000. fl. zu 60. crl. zu erstatten schuldig / und
kan sich darwieder mit der vorgeschützten exception N. N. P. gestalts
ten Sachen nach/ nicht schützen. *B. R. W.* quæ sententia in Ap-
pellationum Curia Termino Trinitatis 1623. deinceps compro-
bata fuit, teste *Carpz. lib. 2. Resp. 92.* Sed hæc assertio limitatur;
quando non numeratæ pecuniæ aliave exceptio confestim &
absque strepitu, puta; Creditoris confessione, aus ejusdem litte-
ris in continenti doceri potest, *Leipz. Wechsel Ord. d. l. p. 73. ibi:*
auffer der / und zwar in continenti ohne allen Verzug / ohne einige
Frist erweißlichen schon geschenehen Zahlung oder richtig'n com-
pensation, oder wenn die exceptio N. N. P. und nicht würcklich
empfangener valuta durch des Creditoris eigenhändigen ungeweißli-
chen Schein ebenfalls in continenti beyzubringen ist. *Carpzov. dec.*
159. n. 15. aliàs enim omnes remittuntur in reconventionis pro-
cessum. *d. l. n. 16. seqq.* plures limitationes videsis ap. *B. Brunnem.*
ad L. 6. C. de N. N. P. n. 1. & seqq.

CAPUT IV.

De

F O R M A.

TH. XVIII.

Forma.

Qvænam nostri Thematis Objectum constituunt, jamjam ex-
plicatum est: sequitur uunc Forma, quæ in definitione
est expressa, & consistit in legitimâ de non factâ solutione
querimoniâ, & in numerationis petitione, *Magnif. Dn. D.*
Schwendend. in tr. de action. c. 3. m. 61. sect. 1. §. 7. p. 242. ubi statim
modus

modus instituendi & proponendi considerandus venit. **Instituatur** Modus instituendi.
 autem intra tempora constituta, quæ comprehendunt spatium Instituatur a. intra 30. dies.
 30. dierum continuarum, à tempore exaratae apochæ computan-
 dum, L. 14. §. 2. C. de N. N. P. ibiq³. Brunn. n. 10. & ad L. 8. C. d. t. n.
 6. & Sicchard. n. 5. & ad Rubr. n. 10. in fine, quod omninò observan-
 dum, nam elapsis 30. diebus creditor hanc querelam in tantum
 amittit, ut omninò cautioni suæ stare cogatur, nec amplius au-
 diatur, etiamsi onus probandi pecuniam haud numeratam esse
 in se suscipere velit, d. l. 14. §. 2. ibi Sicchard. n. 5. Zanger. de Except.
 p. 3. cap. 14. n. 30. seqq. Lauterb. d. tr. §. 3. n. 22. p. 41. in fine, & hoc
 non sine ratione: quia creditoris aviditas pecuniam suam re-
 cipiendi tanta non est, quanta recurrit in persona debitoris mu-
 tuum anhelantis, B. Phil. lib. 3. Eccl. 67. n. 18. p. 705. Harprecht. ad
 tit. Inst. de Litt. Obl. n. 58. cui addimus favorem liberationis ab o-
 bligatione, à quò neutiquam recedamus, cum jura nostra sint
 proniora ad liberandum, quam ad obligandum, L. 47. ff. de O.
 & A. L. 39. §. 9. ff. de Leg. 1. L. 46. ff. de Leg. 2. L. 75. ff. de Leg. 3. L. 109.
 ff. de V. O. B. Phil. d. l. Et ita quoque responderunt Scabini Lips.
 Mense Aprili anno 1635. in causa Christiani von Heinitz zu Altens-
 Krotitz. Als ihr uns Copien zweyer Quittungen / und einer auffge-
 richteten Vergleichung mit A. B. und D. bemerckt / nebst einer Frage
 zugeschieket / und e. v. r. d. zu b. g. a. s. w. haben M. Sylvestri Siedlers
 gewesenen Pfarrers zu Colmen hinterlassene Wittib und Erben ihre
 zu Marck Köhlitz habende Mühle an 28. Nov. verwichenen 1630sten
 Jahres Haußen Heintzen / Müllern von Lamperswalda auf drey
 Jahr lang umb gewissen Korn- und Geld- Zins Pachtweise einge-
 gethan / und es ist der Pachtmann von der Verpachterin Bruder/
 Johann Hoffmann / Pfarrern zu Erebitz / derselben Eydam Tobien
 Acken / Pfarrern zu Buckelwitz / und ihrem Sohn Christian Siedlern /
 Schulmeistern zu Bradtewitz / wegen entrichteten zwey jährigen
 Pachts / durch ein de dato den 26. Martii Mo. 1633. unter ihrer eigen-
 händigen Subscription ausgeantworteten Bekantniß bis auf 8. gr.
 6. pf. quittiret / des inhalts: Daß in der Pachtfrauen Gegenwart die
 Berechnung vorgenommen / und von beyden Theilen beliebet worden /
 n. m. i. d. beylagen und e. f. So verbleibet es auch bey solcher Abrech-
 nung

nung und Quittung nochmals billig / und es mag die Pachtfrau mit
der vorgeschickten exception des nicht entrichteten andern Jahrs
Pachtzinses nunmehr nicht zugelassen / noch gehöret werden. B. N.
B. Barbof. ad L. 13. num. 10. C. de N. N. P. Carpz. p. 2. C. 29. D. 19.
B. Lauterb. d. tr. §. 3. n. 22. p. 41.

TH. XIX.

Quaestio de
dolo.

Sed effluxo triginta dierum spatiō, num Apocha aut vice
ejus causa, actione doli adhuc mederi queat? in praesenti quaeritur: Ita quidem ex aequitatis probabilitate procedit, cum malitiis hominum nullo modo sit indulgendum, L. 38. §. 1. ff. de R. V. & injustum foret, ut tam brevi spatio quis cum alterius jactura locupletetur, L. 14. ff. de Condict. indeb. arg. L. 1. §. 1. ff. si is qui test. Liber esse jussus. Verum ea locor. habent, ex naturali aequitate, nam secundum rigorem juris, ultra constituta tempora, licet durum videatur, arg. L. 12. §. 1. ff. qui s. a quib. remiss. haud permittitur provehere, quia certis cancellis haec actio specificè est inclusa L. 14. §. 2. C. de N. N. P. quare Judices contrarium statuendo peccare dicuntur, cessat enim urgens probabilitatis ratio, quando Lege positiva quaestio jamjam fuit decisa, teste Magn. Dn. Zieglero in Dicastice concl. 40. §. 27. pag. 759. ubi simul aliud exemplum ex L. f. C. de remiss. pign. suppeditat. Cui accedit, quod actio tempore semel amissa, non amplius admittat actionem de dolo L. 1. §. 6. ff. h. t. ratio est in L. 7. §. 1. ff. de Restit. L. 1. §. 4. L. 25. ff. h. t. L. 2. C. eod. tum quod sit famosa, d. l. tum quod sit subsidiaria & rescissoria L. 7. §. 1. ff. de restitut. in integr. Eccolt. ad tit. ff. de dolo malo §. 4. ubi Magnif. Dn. Schruvendend. Praedicta tamen assertio limitatur (1.) in pupillo atque Minore contra quos haec 30. dierum praescriptio currere non incipit L. f. C. in quib. caus. in integr. restit. necess. non est, aliter tamen res sese habebit si majori minor succedit, ubi contra defunctum inchoata praescriptio etiam contra heredem minorem continuatur arg. d. l. f. competit tamen ipsi adhuc restitutio in integrum L. un. C. si adv. usucap. L. 41. ff. de Minor. L. 22. §. fin. ff. ex quib. caus. major. (2.) in necessariò absentibus, quippe qui contra praescriptionem gaudent in priorem statum restitutione, Sicchard. ad d. l. 14. pr. num. 8.

Limitatio

1.

2.

Lauterb.

(25.)

Lauterb. d. l. p. 42. (3.) Si aliud impedimentum agendi intercedit, (3.)
 puta, morbus desperatus *arg. L. 2. §. 3. ff. si quis caut. L. 53. §. 2.*
L. 60. ff. de re jud. Locus ob inimicitias capitales non tutus, bel-
 lum, pestis &c. *Berlich. p. 1. concl. 17. n. 56.* cum non valenti agere
 nulla currat præscriptio, *arg. L. 1. §. 1. C. de ann. except. Auth. nisi C.*
de bonis maternis, L. 4. in fin. C. de bon. que lib. (4.) Denique in fide- (4.)
 jussore, qui fortè apocham creditoris profert, & ita agit contra
 debitorem ac si solvisset, tunc enim post 30. dierum lapsum de-
 bitor etiamnum audiendus erit, si scil. probare velit, creditorem
 debitori remisisse animo donandi debitum, cum hoc casu fide-
 jussori nihil absit, nec actionem mandati habeat, *L. 12. ff. manda-*
ti, Bruun. ad d. l. 14. n. 10. in fin.

TH. XX.

Proponitur nostra querimonia diversimodè: Introdu-
 citur enim *vel per modum Replicationis L. 14. §. 2. C. de N. N. P.* Per modum 7.
vel per modum Denunciationis, L. 8. C. d. t. vel denique per mo- Replicationis.
 dum Actionis, *L. 7. C. d. t.* Replicatio locum habet tum, quan-
 do debitor à creditore suo ordinariâ actione pulsatus, acceptâ à
 creditore apochâ, se tueri & exceptionem solutionis opponere
 velit, potest creditor confestim contra apocham replicare, & de
 non facta solutione queri, *L. 14. §. 2. C. d. t. Siccard. ad d. l. n. 5. p. 525.*
Lauterb. d. l. §. 2. v. gr. Kl. Titius recognosciret zwar die producirte
Quittung vor seine Hand; erinnert aber noch intra trigessimum dar-
bey/wie er solche Quittung in Hoffnung/das ihm Befl. die libellirten
100. Rthl. überschicken werde / von sich gestellet / weil aber dasselbe
unterblieben/als kan ihm vorgeschükte solution nicht dienen/sondern
es bittet vielmehr Kl. Befl. zur Zahlung der libellirten 100. Rthl.
und dem interesse, auch allen verursachten Schäden und Unkosten
gebührend anzuhalten.

TH. XXI.

Ne tamen debitore suâ litis contestatione tacente querela
 interim creditori præscribatur, Denunciatio est inventa; quæ Denunciat, 2;
 fit mediante protestatione. Est a. Protestatio, iusta voluntatis de-
 claratio super quietantiæ exaratione, debiti conservandi damni-
 que præcavendi gratia facta. *B. Lauterb. d. tr. §. 2. p. 23. junge L. 14.*

D

§. fin.



J. fin. C. de N. N. P. ibi Brunn. § Nov. 100. c. 1. protestatio enim con-
servat jus protestantis arg. L. 14. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.
solv. L. 14. §. 8. ff. de relig. § sumpt. fun. Carpz. p. 2. C. 18. D. 10. n. 6.
 Si itaque debitor apocham à Creditore acceperit, nec solverit,
 potest judicem, si copiam ejus habere queat, aut in defectum
 ejus, Notarium adire, & coram, de non solutâ pecuniâ prote-
 stari, petereque ut hocce debitori suo denunciatur, dd. LL. hoc
 modo: P. P. Titius erscheinet und erinnert / wie er Cajo seinem
 Schuldner eine Quittung über 100. Rthl. womit er ihme verhaft / über-
 schicket / der gewissen Zuversicht / daß Cajus solch Geld / alsobald mit
 überbringern zurück senden werde; Ob er nun wohl die Quittung
 angenommen, so hat doch derselbe bis dato keine Zahlung geleistet; da-
 mit nun Titius wegē solcher Schuld desto sicher sey / so will er intra tri-
 gesimum hierwieder protestiret / und solche protestation ermeldten
 Cajo zu denunciiren (si coram Notario, und hierüber ein Instru-
 ment zu verfertigen) gebeten haben. Quo casu citra actionem &
 subsequens litis contestationem, perpetuatur negotium, *Brunn.*
ad d. l. 8. n. 8. p. 437.

TH. XXII.

3. Actionis

Restat denique Actio, quâ de non numeratâ pecuniâ quis
 queritur, *L. 1. §. 1. ff. de cond. sine causa, L. 3. C. de postul. L. 7. C. de*
N. N. P. ubi Brunn. n. 2. § ad L. 14. C. d. t. n. 15. Lauterb. d. tr. §. 3. n. 2.
p. 23. & eadem non quidem per modum solennis libelli, sed sal-
tem mediante imploratione officii Judicis proponi solet, Brunn.
ad L. 7. n. 2. C. de N. N. P. quæ nunc competit Creditori, qui de-
dit apocham, neque accepit solutionem, ejusque heredi, adver-
fus debitorem ejusque heredem, ad hoc, ut debitum solvat, aut
solutionem probet. Magnif. D. Schvwendend. in tr. de act. c. 3. m. 61.
sect. 1. qui hanc ferè formulam suppeditat:

Imploratio

Titii Kl. und Implorantens an einem /
 contra

Cajum Besl. und Imploraten an andern Theil.

P. P. Eingangs ermeldter Kl. sagt kürzlich / wie daß er Besl. auf Bes-
 gehren eine Quittung zugeschicket / in welcher er bekennet / als wenn er
 von

(27.)

von ihm die am Oster Marcß gefällige Tagezeiten an 100. Rthl.
richtig bekommen; Weil aber Implorant solche Summa würcklich
nicht erlanget / und zu besorgen / daß Befl. mit dieser Quittung die
würckliche Zahlung verweigern möchte / so hat er intra trigefimum
diese imploration anzustellen vor höchstnöthig erachtet; Erwartet
hierauff von Befl. Summarische Antwort / und bittet nach dem zu
erkennen / daß Befl. die libellirten 100. Rthlr. nebst dem interesse,
und allen verursachten Schäden und Unkosten zu bezahlen / oder / wie
solches geschehen / bezubringen schuldig. Desuper Nobiliss. Jud.
officium de jure & justitiâ humillimè implorando. Quæ Implo-
ratio mediante condictione sine causa, vel causa data, causa non
secuta, sive condictione indebiti, aut Rei Vindicatione æque
potest proponi L. 7. L. 1. C. de N. N. P. L. 1. §. 1. ff. de Cond. sine causa,
L. 3. C. de postulando, Brunn. ad d. l. 7. n. 2. Lauterb. d. tr. §. 3. n. 2. p. 23.

TH. XXIII.

Sed an querela nostra vivâ voce, an in Scriptis exhiberi
debeat? non adeo expeditum est: Si principia Juris sequamur
remedium hoc mediante scriptura, ut ad acta redigatur, & parti
adversæ communicetur, meritò exhibendum venit, *auth. hanc
autem C. de N. N. P. Brunn. ad L. 14. §. 21. p. 441. quod Stephan. in
Nov. 100. c. 1. n. 1. §. 9. in causa dotis saltem accipit, Barbosa ad d. av.
Nov. 100. c. 1. n. 1. §. 9. in causa dotis saltem accipit, Barbosa ad d. av.
Quod tamen moribus hodiernis non amplius observatur & tam
vivâ voce, quàm in scriptis & quidem die tam feriâtò quàm juri-
dicò offerre eam ibi conceditur, *Cronweg. ad d. auth. hanc autem
C. d. t. Lauterb. d. l. §. 3. n. 2. p. 23. Sicchard. ad d. auth. n. 2. n. 4. Et
sic Magistratus competens, qui est vel domicilii Magnif. Dn. D. Magistrat9 de-
Schwend. in tr. de Action. c. 3. m. 61. vel contractus, Coler. de Process. nunciare de-
Execut. p. 2. c. 1. n. 18. Brunn. ad L. 14. n. 14. seqq. C. de N. N. P. hoc bet implorato.
innotescere debet adversario, ut possit præfens diligentius deli-
berare, quid sibi faciendum: sin autem absens est, vel propter
potentiam ei denunciari nequit, denunciatio fiat ad domum,
*Sicchard. ad d. L. 14. §. 4. n. 1. in fin. C. d. t. p. 426. In causis
autem ubi copiam Magistratus habere non possumus, in defe-
ctum judicis secularis, adeatur Episcopus, auth. hanc autem C. d.
t. Brunn. c. l. n. 20. quod tamen hodie in usu esse desit, teste***

D 2

Sicchardo

Siccard. all. l. n. 3. Sed si unâ absit adversarius & Magistratus, quid hoc casu faciendum sit Creditori? Et putant pro salvandâ obligatione sufficere, apud Notarium vel nonnullos testes protestari, *Siccard. d. l. quod etiam obtineret si propter metum adversarii, vel Judicis non auderet quis publicè querimoniã offerre, arg. L. 2. C. de ann. except. ubi Brunn. B. Eccolt. adit. ff. Ex quib. caus. maj. §. 7.*

CAP. V.

DE FINE & EFFECTU.

TH. XXIV.

Consideratâ Formâ, ratione Methodi nunc accedimus ad
FINIS. Finem & Effectum. **FINIS** ex intentione dijudicatur, &
 Primarius. est *vel primarius vel secundarius*: Ille tendit eò, ut obligatio & debitum conservetur, *vid. th. 4. præ. §. 2. C. de N. N. P. adeoque omnia propter speratam & non secutam numerationem scripta, pro non Scriptis habentur, & retractantur, ne scil. ille, qui spe numerationis solutionem confessus est, nec eandem obtinuit, ullum contra æquitatem incurrat damnum §. 2. f. de exception. Siccard. ad rubr. de N. N. P. Cod. Lauterb. d. t. §. 3. n. 20. p. 39.* Hic sive Secundarius Finis est, ne quis contra juris intentionem, cum alterius jacturâ locupletetur, *L. 14. C. de cond. indeb. L. 15. §. fin. L. 66. ff. eod. L. 206. ff. de R. J. §. c. 47. eod. in 6to.*

THES. XXV.

EFFECTUS. Effectus nostræ querimoniæ non est unius generis. Con-
 est Varius con- sistit autem præcipuè in eò, ut adversarius, contra quem instituitur,
 sistit probet numerationem, quam in apochâ se fecisse dicit, *arg. L. 3. de N. N. P. Magn. D. Schwendend. in d. tr. c. 3. m. 61. sect. 1. Carpx. p. 1. C. 32. D. 66. n. 1. quod tamen teste Christinao Vol. 3. dec. 37. n. 5. §. 10. Lauterb. c. l. n. 21. non ubivis locorum observatur. Probatur autem hocce non quietantiã illâ, de quâ disceptatur, sed testibus ad minimum duobus, L. 9. C. de testib. L. 12. ff. eod. & juratis d. l. 9. ubi Brunn. vel confessione adversarii L. un. C. de confessis, ubi Perez. tam judiciali, quam extra judiciali Magn. D. Schwend. in disp. de Conf. ext. jud. c. 5. th. 2. modò fiat parte presente, L. 6. §. 3. de Confessis, & confessionem acceptante DN. Schwendend. d. l. c. 4. th. 1. §. 2. vel denique instrumento quodam legitimo,*

gitimo, ad recognoscendum exhibito, de quo vid. nostri avi *Christi-*
mus noster Ordinarius DN. D. Born. in disp. 1. ad univ. jus jud. th. 50. §
 52. Sed an ab adversario ob factam solutionem posset imploranti jura-
 mentum deferri, quæritur? Et quoniam in omni causa civili jura-
 menti delatio locum habet, *L. 25. §. 1. ff. de const. pec. L. 3. L. 7. L. 11. §.*
fin. L. 34. ff. de jurejur. & nostra querela nuspam legitur excepta, ita
sub regula eandem contineri certum est, arg. L. 5. ff. de probat. L. 4. §. 1.
in fin. ff. de hered. instit. quod deinceps præmissis deferentis juramento
calumniæ præstito, jurare jussus præstare cogitur, Ord. Proc. Sax. tit.
18. §. nachdem auch/modò de Jure Sax. à tempore rei judicatae ille ad
juramenti delationem sese intra octiduum obtulit, aliàs enim cadit
jurandi facultate, & præstare tenetur, quod alter imploratione suâ in-
tendit. arg. Ord. Proc. Sax. tit. 18. §. Wenn nun also / & Decis. El. 18.
v. wenn aber.

TH. XXVI.

Postquam autem imploratus numerationem legitime probave-
 rit, creditor ob pœnam inficiationis debitori in duplum condemnatur,
auth. Contra. C. de N. N. P. quod de apocha expressè afferit d. auth. ubi
Brunn. n. 1. in fin. à qua pœnâ nequetutores & Curatores, quando de
iporum apocha agitur, sunt immunes: hoc enim damnum non sen-
tiunt ab onere tutelæ, sed propter inficiationis ocium. Brunn. d. l.
Lauterb. d. tr. §. 3. n. 21. p. 39. si modò solutio testibus aut instrumen-
tis, non verò juramenti delatione ostensa fuerit, aliàs enim negans in
duplum non condemnatur, d. auth. Nov. 18. c. 8. quia sic putativè sal-
tem convincitur, Brunn. ad d. auth. n. 1. p. 435. Hodiè pœna inficia-
tionis perrarò frequentatur, & ita negans non parti amplius condem-
natur, sed à judice saltem ob inficiationem commissam arbitrariè pu-
nitur, teste Perez. in C. de N. N. P. n. fin. Cronvveg. ad d. auth. quæ ad-
mitto; si Creditor solutionem absolutè negaverit; nam, quando se
nò credere dicit, & ita probationem exigit, pœnam haut incurrit, modò
probabilis adduci possit oblivio, Brunn. ad d. auth. n. 4. Sed viceversa
demonstrare jussus ob defectum probationis, illicò condemnatur, ut
cautiones, apochas & pignora omniaque ante accepta confestim restitu-
at, L. 1. C. d. t. L. 1. §. 1. ff. de cond. sine causa, Lauterb. d. tr. n. 21. p. 40.

z. in condem-
 natione credi-
 toris ob pœnâ
 inficiationis.

TH. XXVII. Quando ergò intra legitima tempora querela nostra quo-
 cunq; modo in judicium deducitur aut saltem in dubium vocatur, facit
 hæc litis pendentiam, & ob id perpetuatur nostrum juris remedium,

3. in perpetui-
 tate actionis.



(30.)

*Lauterb. d. tr. §. 3. n. 22. in fine. Brunn. ad L. 14. §. 4. C. d. t. n. 16. & L. 8. C. d. t. n. 3. & 7. & ita videmus casum, ubi actio ob solam Judicis implorationem, citra tamen litis contestationem, quæ aliàs ad perpetuitatem requiritur, perpetuatur, Castr. ad d. L. 8. n. 2. Perpetua autem dicitur, non quod nullò planè tempore excludi imposterum queat, pr. *J. de perpet. & temp. act.* sed si actor in lite cœpta cessaverit, duret à tempore, quò ultima cognitio aut saltem imploratio instituta fuerit, adhuc intra quadraginta annos, *L. f. C. de prescr. 30. vel 40. ann. L. 1. §. 1. in fin. C. de ann. except. Struv. in Ipr. Lib. 2. tit. 9. aph. 29. in fin.* Quæ præscriptio quadraginta annorum tanquam nova in foro Saxon. etiam observatur, uti patet ex *Const. Aug. 5. part. 2.* quoniam à dispositione Juris Civilis recedendum haud est, si de speciali Juris Sax. dispositione vel observantiâ in contrarium non constet, *arg. L. 35. in pr. C. de in off. test. Carpz. Dec. 218. n. 25. B. Phil. lib. 2. Eccl. 31. n. 8. 9. & 10. ubi præjudicium Scabinorum Lips.**

TH XXVIII.

Quid si decesserit Creditor.

Sed quid, si creditor intra 30. dies decesserit, nec antea protestato fuerit? tunc juris est, quod reliquum tempus, quod Creditori superest, currat ejusdem heredi, *Sicch. ad rubr. C. de N. N. P. inf.* etiam si ille hereditatè nondum adierit, *Zanger. in tr. de except. c. 14. n. 49. Brunn. ad d. l. 8. n. 1.* viceq; versa, si creditor 30. dierum curriculum in vitâ suâ non observaverit, nec questus fuerit, tunc nostrum remedium non datur successorì, licet pupillus sit, qui heres existat; quoniam ipse non ex propriâ, sed defuncti saltem personâ æstimatur, ergò non potuit aliquò defendi adhuc privilegiò, *arg. L. 177. pr. ff. de R. I. & L. 19. pr. de judic. Trentac. Resol. 20. n. 36. Brunn. cit. loc. n. 4.* Secus est, quando ipse creditor est minor, tunc enim præscriptio neutiquam contra eundem currit, *arg. L. f. C. quib. caus. in integr. restit.* sed cœptò restitutionis in integrum beneficiò rescinditur, *Zanger. d. l. n. 49. Molina de just. & jur. disp. 302. n. 7. Sicch. ad L. 14. §. sed quoniam C. de N. N. P. n. 6.* simili modo non potest præjudicare quietantia Tutorum, Curatorum, & Ecclesiarum administratorum pupillis, minoribus atque Ecclesiis, quando solutio crediti, commode non fuit facta, *vid. supra th. 14.*

CAP. VI. DE CONTRARIIS & AFFINIBUS.

TH. XXIX.

Contraria consistunt
1. in præscript.

Restant Nostri Remedii Contraria atque Affinia. Excluditur itaque Querela (1.) præscriptione, quæ 30. diebus includitur,

cluditur, *L. 14. §. 2. C. de N. N. P.* adeò, ut illis præterlapsis creditor nec cum probatione in contrarium audiatur, *ut supra th. 18.* exposuimus, junge *Sicchard. ad d. l. §. 2. n. 5.* quod spatium tamen non currit absentibus & legaliter impeditis, nec non pupillis & minoribus, *vid. th. 19.* quibus cum æqui parentur Ecclesiæ *L. 4. C. quib. ex caus. maj. ubi Frann. n. j.* ita & iis, aliisque piis & favorabilibus causis ex privilegio hæc querela erit perpetua *B. Brun. de Jure Ecc. L. 2. c. 15. §. 27. D. Stryck. ad Brun. c. l.*

TH. XXX.

Similiter hæc querela cessat (2.) Solutionis aut restitutionis^{2. Solutiois} agnitione denuò post traditam apocham & cautionem factâ. Fit^{Agnitione.} autem hæc agnitio non cum ipsa quietantiâ exhibita, sed quando quis eandem denuò summam in apocha antehac expressam ex intervallo agnovit, & ita debitorem cum Instrumento alio liberavit arg. *L. 4. L. 14. C. de N. N. P. Brun. ad L. 3. C. d. t. Mantica de tacit. & ambig. convent. Lib. 18. tit. j. n. 20.* Nemo enim tantæ in curiæ esse creditur, ut non accepta pecuniâ duplicatam exhibeat quietantiam, patiaturque se ita decipi. *Bacchov. ad L. 4. C. de N. N. P. n. 4. & 5.* Sed quid; quando secunda apocha, quidem exhibetur, quæ tñ. priori est contraria: cuinam in dubio est standum? Et distinguitur an proferantur ab unò, an verò à diversis: hoc casu si invicem pugnent, creditur ei, quæ æquitati propior & firmior, *L. 14. C. de contrah. stipul. sin æque firmæ, ei, quæ pro liberatione facit, arg. L. 47. ff. de Leg. 2. itemque quæ magis privilegiata & favorabilis arg. c. 54. de R. J. in 6to. priori casu neutri fides habetur d. l. 14. C. de fid. instrum. c. 13. X. eod. etsi proferens docere velit unam tantum veram esse; nam proferendo, utrasque probat, facitque, ut contra se valeant, arg. L. 17. C. de restib. ideoque altera alteri fidem derogat, non tam vi sua, quam mentis professione. *Joh. Jac. Reusner. in disp. inaug. de apoch. th. 36. p. 23.**

TH. XXXI.

Tertiò ratione apochæ excluditur Remedium N. N. P. 3. Renunciat. Renuntiatione, post cautionem ex intervallo & in alio instrumento adjecta *L. 4. ibi Brun. n. 4. C. de N. N. P. Magnif. D. Schwens dend. tr. de Act. c. 3. m. 61. sect. j. §. fin. dixi ex intervallo,* nam renunciatio in ipsa quietantiâ facta nec quicquam operatur, *vid. supra th. 10. in pr.* Creditor enim eadem facilitate potuisset renunciare, quâ scripsisset quietantiam, *Lauterb. d. t. §. 3. n. 23. p. 43. Turry de Cambiis*

Cambis disp. 2. qu. 16. n. 26. seqq. Sicchard. ad L. 3. n. 10. p. 422. C. de N. N. P. Antequam tamen hic abeamus, è re esse putavi docere, numne jurata renunciatio ex intervallò haud facta, nostrum remedium excludat? Et exclusionem ob rationes ibidem expressas statuit Carpx. p. 1. C. 32. d. 65. jünge Brunn. ad L. fin. C. d. t. n. 3. p. 442. aliter tamen se res habebit; si effluxò 30. dierum spatiò, creditor debitori deferre velit juramentum, tunc enim amplius audiendus non est, quia præsumptio Juris, quæ in præsentì contra creditorem militat eundem excludit arg. L. 14. pr. C. de N. N. P. ubi Sicchard. Lauterb. d. l. n. 22. Sed an statutò quòdam exceptio privilegiata tolli queat? subjicere placuit: & affirmativam defendere non dubitavit Lauterb. d. l. in fine cum Mantica c. l. quò brevitatis studio me remitto:

(4.) Cessat in Deposito aliisque similibus.

TH. XXXII.

Denique (4.) cessat querimonia in securitate rerum depositarum, in apochis administratorum rerum fiscalium, & tandem in debito dotali vid. supra th. 16. ubi quoad dotem aliquod dubium nobis superest. Et si matrimonium solvitur intra biennium querela non num: dotis annò continuo, à tempore soluti matrimonii computato, præscribitur L. f. §. auth. hoc locum C. de dote caut. non numer. si veidò matrimonium post biennium rescinditur, tunc tollitur querela tribus mensibus, at, si ultra decennium duraverit matrimonium, tunc querela N. N. P. planè cessat d. auth. Lauterb. c. l. §. 3. n. 22. quæ tamen nostræ, de apochâ materiæ vix accommodantur, quoniam dicta non loquuntur de liberatione, sed de obligationis constitutione. dd. ll.


Affinia.

TH. XXXIII.

Ultima linea demonstrat Lectori Affinia, quæ brevissimis sint sequentia: (1) Exceptio N. N. P. de qua scripsit Magn. D. Schwendend. in disp. de Except. non num. pec. (2.) Querela non num. pec. debitori concessa L. 1. seqq. C. de N. N. P. ubi Brunn. Lauterb. d. l. (3) Condictio sine causa L. 7. C. de N. N. P. L. 1. §. 1. ff. de cond. sine causa (4.) Condictio causa data causa non secuta, Lauterb. c. l. (5.) Rei vindictio ex L. 1. C. de N. N. P. (6.) Exceptio implementi non secuti sv. rei nondum traditæ. Carpx. Dec. 257. n. 17. Lauterb. d. tr. §. 3. n. 24. p. 43. ubi accuratè differentiam inter hanc & exceptionem N. N. P. subnectit, (7.) denique quævis imploratio officii judicis sive fiat per modum actionis sive exceptionis. Sicchard. ad L. 1. C. de N. N. P.

CONCLUSIO.

Et ita rudi Minervâ, Materiam propositam hætenus attingisse sufficiat. Tu interim, Lector Benevole, pro Tuâ, quam mihi in dijudicandis hisce polliceor. æquanimitate, si forsan non omnia limatè fatis decisa fuerint, veniam humanissimè concede & meliora cum Deo & Die à me expecta, Vale mihiq; favere perge.



Nur für den Lesesaal!

Leipzig, Diss., 1684

ULB Halle

3


006 774 873



WMA







NEDICENTE

Authōritate,

rum Ordinīs,
M JURIDICAM

RELA
ERATÆ
NIÆ

CHAM

nda,
ESIDIO
PHILIPPI, Lipf.

ris sui, omni honoris
devenerandi,
M. DC. LXXXIV.

iffima hac Philuræa,

Q. C.

P.

NERUS, Hirschb. Sil.
COR.

JUSTINI BRANDI.

29
1684/19^a
19

